Quelle: https://manuscripta.at/?ID=792
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



isti qui loquuntur gallilei sunt. Et quo nos audi-
uimus unusquisque nostram linguam in qua nati
sumus. pharti et medi et elamite et qui habi-
tant mesopotamiam iudeam et capodociam.
pontum et aziam frigiam et pamphiliam egiptum
et partes libie que est circa cyrenem et adue-
ne romani iudei quoque et proseliti cretes et
arabes audiuimus eos loquentes nostris lin-
guis magnalia dei Alleluia v. Emitte spiritum tuum et
creabuntur et renouabis faciem terre Alleluia v. Veni sancte spiritus
reple tuorum corda fidelium et tui amoris in eis ignem accende
Veni sancte spiritus et emitte celitus Sequentia
Vlucis tue radium Veni pater pauperum veni dator
munerum veni lumen cordium Consolator optime dulcis
hospes anime dulce refrigerium In labore requies in estu
temperies in fletu solacium Olux beatissima reple cordis
intima tuorum fidelium Sine quo numine nichil est in
homine nichil est innoxium Lana quod est sordidum
riga quod est aridum sana quod saucium Flecte quod est rigidum
foue quod est frigidum rege quod est deuium Da tuis fideli-
bus in te confidentibus spiritale gaudium Da virtutis me-
ritum da salutis exitum da perhenne gaudium Amen Secundum
In illo tempore dixit ihesus discipulis suis Johannem